UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Preciosa || Hiero-||theca || Dvodecim || Vnionibvs || Colo-||niensis Historiae || Exornata

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1634

Caput Quartum. Posteriores octo tabulas miracula S. Engelberti repraesentantes prosequitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9564

Visual Library

A uerſis orbis Principibus ac Regibus cultus atque honoratus; ex inſidijs à Friderico Iſenburgico patruelis ipſius filio, acceptis 47. plagis grandioribus horrendum in modum 7. Idus Nouemb. ſaucius occubuit &c. *pag. 292. lib. 2. hiſt. S. Engelb. c. 7.*

Errant igitur Chronica Colonienſia, quæ pridie Idus Nouemb. id eſt, 12. *Nouemb. S. Engelbertum 27. vulneribus tradunt confoſſum.*

Septimæ Tabulæ inſcriptio.

IN COMITIIS REGALIBVS RELIQVIÆ EIVS PRÆSENTANTVR.

B *Et clamabunt voce magna, dicentes; vſquequò Domine Sanctus, & verus non iudicas & non vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra.* Apoc. 6. 10.

HISTORIA.

CArnibus S. Martyris ſartagine, pro ſæculi iſtius more, ab oſſibus diuulſis, ſacra eius Lipſana comitijs Regalibus inferuntur, quæ clientes ſtrictis armati gladijs præcedebant. Quo ex ſpectaculo Principum præſentium atque vniuerſæ multitudinis animi, viſis S Martyris interula, diploide, ac pileo cruentatis in iuſtam necis vltionem accenſi, VINDICTAM ingeminabant. *hiſt. S. Engelb. lib. 2. c. 13.* Vindicatur

C

Caput Quartum.

In quo Tabulæ S. ENGelberti miracula repræſentantes, allatis capitulis hiſtoriæ comprobantur.

Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Pſal. 15. 10.

Libera eum & non deſcendat in corruptionem. Iob. 33. 27.

D Inſcriptio primæ Tabulæ.

Comes Arnsbergenſis poſt quatuordecim hebdomades inteſtina S. ENGELBERTI illæſa reperit. *hiſt. S. Engelberti lib. 3. c. 42.* Inteſtina illæſa.

Oſwaldus Britanniarum Rex, cum nihil, quod pauperibus erogaret, ex cibarijs haberet reliquum, argenteas ciborum ſcutellas comminuit, eaſque inter pauperes diuiſit; Quam Regis liberalitatem, vbi vidit Aidanus Lindisfarnenſium Epiſcopus, prædixit fore, vt manus tã liberalis haud vlla conficeretur vetuſtate aut temporis diuturnitate.

Et ecce multo poſt Regis obitum tempore ſola in tumulo manus integra fuit reperta, vti author eſt V. Beda hiſt. Anglic. lib 3. c. 6. Ita & S. ENGELBERTI viſcera ob ſingularem in pauperes miſericordiam exiſtimo illæſa permanſiſſe; vt quæ miſerationis neſcirent terminum, nec interitus ſcirent initium. A

Signa apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni pătientia, in ſignis & prodigiis. 2. Cor. 12.

Inſcriptio ſecundæ Tabulæ.

Nouem cœci: *hiſt. S. Engelberti lib.* 3. *cap.* 11. 14. 15. 19. 34. 47. 54. 55. 61. 77. B
Quatuor Surdi. *hiſt. S. Engelb. lib.* 3. *cap.* 22. 23. 34. 63. 67 Duo muti curãtur. *hiſt. S. Engelb. lib.* 3. *cap.* 21. 23. 52. Nouendecim morbidi ſanantur. *hiſt. S. Engelberti lib.* 3. *cap.* 3. 8. 18. 19. 20. 25. 26. 29. 30. 35. 37. 40. 45. 49. 53. 57. 58. 59. 60. 62. 64. 65. 69 70. 72. 73. 74.

Inſcriptio tertiæ Tabulæ.

Vndecim Claudi. *hiſt. S. Engelberti lib.* 2. *cap.* 8. & *lib.* 3. *cap.* 8. 25. 28. 46 51. 56. 60. 62. 68. 71. 75. Octo contracti reſtituuntur. *lib.* 3. *hiſtor. S. Engelberti cap.* 2. 7. 9. 27. 30. 36. 64. 66. 68.

Inſcriptio quartæ Tabulæ. C

A febribus quinque. *l.* 3. *hiſt. S. Engelb. ca.* 4. 5. 24 38. 39. 48. & *vide plures, in ſecunda miraculorum Tabula paragrapho de morbidis.* Vnus calculo, *lib.* 3 *hiſtor. S. Engelberti cap.* 43. Hydrope alius liberatur. *hiſt. S. Engelberti lib.* 3. *c.* 50.

Inſcriptio quintæ Tabulæ.

Puerulus aqua ſuffocatus reuiuiſcit. *hiſt. S. Engelberti lib.* 3. *cap.* 41.

Inſcriptio ſextæ Tabulæ.

Parturientibus, *lib.* 3. *hiſt. S. Engelberti cap.* 10. Paralyticis, *li.* 3. *hiſt. S. Engelberti cap.* 1. 6. 13. 17. 23. 32. 36. 44. 46. 56. 66. 76. Comitiali morbo medetur, *hiſt. S. Engelberti lib* 3. *cap.* 12. 33. D

Inſcriptio ſeptimæ Tabulæ.

Miraculoſis luminibus Sanctus declaratur. *hiſtor. S. Engelberti lib.* 3. *cap.* 51. 77.

Inſcriptio octauæ Tabulæ.

Viris religioſis eius gloria reuelatur. *lib.* 2. *hiſt. S. Engelberti cap.* 8. 10. *lib.* 3. *cap.* 24. 56.

Caput

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN